

Olim, unicuique homini Religionem, siue Catholica siue 4.
 Graeca fuisset, deserere, et sacris Evangelicorum nomen dare
 et impune accedere licuit:

Nunc per Confederationem Anni 1688. Omnes
 Apostata infames et capitis rei habentur: Imò, ipsi quoque, qui
 Parentibus Evangelicis nati, sed Baptismo apud Catholicos sincti
 sunt, Communioni fidei Parentum, in qua Educati sunt, sine
 periculo sese adungere non licet.

Olim Cives Evangelici in Urbibus, ad nulla Ministeria 5.
 Religionis Romanae causa praestanda, habebantur: nihil
 omnino, eo in passu, illis cum his commune fuit.

Hodie, in Processionibus S. solennibus, ex. gr. quae
 Festo Corporis fiunt, Incola etiam Evangelici armati appare-
 re, illum Processum applausu militari, summo quandoque suo in
 periculo, si quid non satis reuerenter peregerint, ornare cogunt.